It per uelatas annua pompa uias.
Ducuntur niuee populo plaudente iuuence.
Quas aluit campis. herba falisca suis.
Et uituli nondum metuenda fronte minaces.
Et minor ex humili. uictima porcus.
Duxq; gregis cornu per tẽpora dura recuruo.
Inuisa est domine sola capella dee.
Illius in ditijs siluis inuenta subaltis.
Dicitur inceptam destituisse fugam.
Nunc quoq; per pueros iaculis incessitur index.
Et pretium auctori uulneris ipsa datur.
Qua uentura dea ẽ iuuenes timideq; puelle.
Prebuerant. latas ueste iacente uias.
Virginei crines auro gemmaq; prementur.
Et tegit auratos palla superba pedes.
More patrum sancte uelate uestibus albis.
Tradita supposito. uertice sacra ferunt.
Ore fauent populi tecum uenit aurea pompa.
Ipsa sacerdotes. subsequiturq; suos.
Argiua ẽ pompe facies. agamemnone ceso.
Et scelus in p̃rias fugit alesus opes.
Iamq; per erratis. profugus terraq; fretoq;
Menia felici condidit alta manu.
Ipse suos docuit iunonia sacra faliscos.
Sint tibi sint populo semper amica suo.

Non ego ne pecces cum sis formosa recuso.
Sed ne sit misero scire necesse mihi.
Nec te nr̃a iubet. fieri censura pudicam.
Hoc tñ ut temptes. dissimulare rogo.
Nec peccat quecunq; pôt peccasse negare.
Solaq; deformem culpa professa facit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1668/0265

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG